



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Colonus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

hoc tenetur revelare ille, qui occultè accepit suum, Navar. *loc. cit. numer. 175.* Angel. *in verbo furtum*, §. 21.

Tertiò, sed non liceret per vim & violentiam recuperare suum, etiam si non posset aliter recuperare illud, Sor. *loc. cit.*

Quartò, compensatio an detur super liquido ex uno, & illiquido ex altero, vel super specie promissa ex una, & quantitate ex altera, vide Marant. 4. *par. dist. 6. num. 2.* & Foller. *ibi, in addit. per multa dicta*, §. n. 39. & gl. *in c. cum Joannes*, in *ver. compensare, de fide instrum.* & gl. *text. in c. 2. de deposito*, vide Covar. *lib. 1. cap. 2. num. 14. ver. 4. var. resolut.*

Quintò, hoc solum dicam pro practica, quòd quando actor habet debitum liquidum, & reus illiquidum, & vult uti remedio compensationis, quòd tunc ad hoc probandum, & ad impediendum executionem contra se, gloss. *in ver. in aliis*, dicit sufficere, si hoc probat spatio duorum mensium, sed quòd Foller. *ubi supra*, hoc remittit arbitrio judicis.

Sextò, an compensatio habeat locum adversus executionem paratam, vide Capyc. *decis. 167.* ubi dicit, quòd sic, nec obstare juramentum.

Septimò, idem dicit in instrumento in forma Camere, etiam obstare exceptionem compensationis, & hoc etiam arbitrium judicis, maximè, quando debitor esset pauper, & gravatus onere filiorum. Gallel. *in tractat. de for. Cam. obligat. q. 2. num. 6. fol. 40.* quod est notandum, & vide Capyc. *decis. 88.* Ratio est, quia compensatio habet vim solutionis, & hoc valere etiam in statutis affirmat Tiraque. *de utroque retractu*, tit. 1. §. 3.

gl. 3. nu. 2. licet. Affli. & *decis. 382. n. 6.* dicat oppositum, tamen valet compensatio contra instrumentum dotale, idem *decis. 221.* & *decis. 381.* vide Covar. *libro 2. cap. 11. per totum.*

Octavò, an compensatio, seu exceptio usurarum impediatur executionem instrumenti, habentis ex statuto executionem paratam, videlicet quodammodo remissivè, Tiraqu. *de retract. convent. §. 3. gl. 1. num. 36.*

Nonò, an compensatio admittatur in deposito, vide Panor. *in capitu. 2. num. 1. 6.* & 10. *de depos.*

C O L O N U S .

PRImò, verum est, quod colono propter sterilitatem fit remissio, *cap. propter, de loc. & cond.* similiter tempore belli fit remissio, Angel. & Doctor. *in l. si merces. ff. locat.* Novell. *de jure protim. §. 8. & 9. num. 81.* tamen hoc fallit primò, quando colonus renunciavit omni legum & juris auxilio, &c. quia tunc illa clausula operatur, quòd etiam simplici conductori, sive ob sterilitatem, sive ob alium quemcunque casum, non fit remissio alias à jure fieri solita. Capyc. *decis. 87. nu. 10.* & *decis. 88.* vide omninò Dyn. *in c. contractui*, à num. 11. & *ibi addit. de reg. jur. lib. 6.* ubi satis explicat, an ex natura contractus quis teneatur de casu fortuito, facit ibidem text. & gloss. *in cap. 1. de pact. & ibi gloss. in fi. cod. lib. 6.*

Secundò, quando habet locum remissio, vide Sylvest. *in ver. locatio*, §. 13. & Flor. Theolog. 4. *sent. de contract. locat. & conduct. art. unico, dub. 1.* ubi concludit, quod

quod quando fit in quantum solum fufficit ad expensas facta in dicto agro, non tenetur solvere pensionem, vide Covar. *prac. 99. c. 30. per totum*, vide Capyc. *dec. 167.* & Galef. *allegatum in verb. compensatio, distinct. 4. § 5.* Vide Iler. *in usu feud. rubr. de controver. invest. num. 18. in princip.* vide Joan. Vinc. de Anna. *in allegat. 21. nu. 15. § 16. l. qui fundum, ff. locati, § Negulant, tract. de pignor. in 1. membr. 2. p. num. 6. cum sequentibus*, & dicam inferius *in ver. emptio, num. 4.* sed Innoc. *præcipue in c. propter sterilitatem, de loc. § cond. num. 2.* dicit primò, de vastatione inimicorum. Secundò, de inundatione fluminis insolita. Tertiò, de terræ motu. Quartò, de incurfu hostis corruptentis fructus. Quintò, de lalcivia exercitus transeuntis, sed non per incendium, Jason *in l. num. 1. 13. § 33. de jure emphyt.*

Tertiò, colonus multis aliis modis potest expelli quàm ob non solutam pensionem, Rodoan. *tract. de rebus Eccl. non alien. questio. 79. cap. 5. num. 12. § ca. 6. fere per totum.*

Quartò, quando debeat præferri novo colono colonus antiquus, vide *in verb. ius congruum.* & Tiraq. *de utroque retract. §. 1. gloss. 18. nu. 6.* & Afflict. *decif. 238.* ubi dicit sic fuisse decifum in factò in sac. Regio. Concil. Neapol. secus verò in inquilino; & an possit incidere arbores grandes, & fructiferas, & idem in usufructuario emphyteuta, vide Tiraquel. *da retract. conven. §. 3. gl. 1. n. 22.* ubi negativè tenet ex communi sententia, sed distinguit prout, *ibi num. 21.*

Quintò, colonus expulsus ob dete-

riorationem perdit melioramenta, idem *ibid. cap. 6. num. 21.*

Sexto, colono non expulso non acquiritur possessio, & hoc facit pro caducitate, *l. peregrè, §. quib. ff. de acquir. poss. Caputaq. decif. 182. p. 3.*

Septimò, an si ego locavi domum meam alicui, & postea vendo usum fructum illius alteri, possit usufructuarius expellere conductorem; respondetur quòd sic, Cap. Tholof. *quest. 420.* & idem in colono *addit. ibi.*

CONFRATERNITAS SEU SOCIETAS SPIRITUALIS.

Primò, An liceat recipere aliquid à confratribus introeuntibus ad dictas confraternitates? Respondetur affirmative, modo justa causa fiat, ut pro alendis pauperibus, vel hujusmodi, Sylvest. *in ver. Confraternitas.*

Secundò, controversiæ quæ passim oriri solent inter confraternitates de prædecentia, determinari debent juxta formam Bullæ Gregor. XIII. *quest est 13. fol. 1323.* & vide *inferius in ver. processus, §. 3.*

Tertiò, confraternitates, seu collegia laicorum, coram quo iudice comparere teneantur, vide Vinc. de Annan. *singul. 90*

Quartò, ut confraternitates istæ non dicantur laicales, requiritur primò, ut habeant Hospitale cum campanili, & campana, & ibi celebrentur missæ, & tunc sunt subjectæ Episcopo, qui est locus pius de jure, Caputaq. *dec. 328. p. 1. vide in ver. Hospitale, dub. 1. Nayar. cons. 3. de for. compet.*

DIMIS-